



# DE REPUBLICA IN- STITVENDA ET EMEN- DANDA

## LIBER PRIMVS.

### CAPVT I.

1. Politica vnde dicta, 2. Quid sit, 3. & 4. 5 (Boni Ciuis officium,) 6. Quare recte  
Ethica pars censeatur, 7. Practica magis quam Speculatiua est, 8. Socratis  
& Mori qualis.

**P**OLITICÆ vox † vt artium & disciplinarum plurium, origi-  
ne Græca est, vsu paulatim Latine scribentibus recepta. Eo quod  
à ciuitate, quam πῶν πόλις Græce, quoque πῶν πολιτεία dicamus,  
voce certe iam prope plerisque nationibus paulo saltem politio-  
tibus, ciuitatis iure donata & recepta. Quin forte & poliendi ver-  
bum, iam olim, & quantum nobis compertum, origine sui Romanum, inde de-  
ductum coniciamus. Certe, vt analogia quadam vocum id probabile pareat,  
res ipsa nec abhorreere videtur. Polita nimirum dicimus ea, quæ compta & ex-  
cultata sunt, prorsus vt hominem politum dicimus, ciuilem ac vrbani. Ab eo  
puta quod fere modestiores ac compositi magis moribus ij sint, quorum vel  
educatio, vel versatio, vel vtraque in media luce ciuitatum maximeque cum o-  
ptimaribus fuit.

Est autem Politica † ipsa doctrina Reipublicæ rite tractandæ, prorsus ac si  
dicas Doctrinam rei Ciuilis, seu eius quæ est de Republica, disciplinæ. Tractan-  
di enim vocem † hic non modo pro gubernatione seu administratione Reipu-  
blicæ, vel in toto vel in parte accipimus, sed pro cognitione Reipublicæ statu q;  
ipsius, ac munere vniuerso, quæ ad illam, obeundi. Eodem igitur sensu eam &  
Cicero describit: *Rationem & Prudentiam Reipublicæ Gerende.* Vt & Aristoteles †  
eodem modo boni ciuis officium definit, scientia parendi & imperandi, *libr. 3.  
Polit. cap. 3.* Quæ vtraque vsu recte applicata Rempublicam quam maxime tran-  
quillam & felicem reddunt, vt recte Theopompus de ciuitate Spartana refert  
*Plutarc. in Polit.* Vbi vero tractandi voce in hanc rem potius quam qua alia sumus



# DISQVIVISIONVM POLITICARVM

## CAPVT. I.

*De vero Reipublica Fine, Notis & Generibus.*

### QVÆSTIO I.



**P**OLITICA vulgo quæ est doctrina Reipub. rite tractandæ  
a) Et hæc licet pars Ethicæ censeatur b) ita tamen aucta ab  
vfu est, vt Originem quidem eius Philosophiæ, incremen-  
tum vero maximum historiis & legibus Romanis debeamus. c)

a) Cic. Ratio & prudentia Reipublica gerenda. b) Arist. & alii, qui Philosophiam distribuunt, in Logicam, Physicam, Ethicam, 1. lib. 2. Orig. 6. 24. c) Licet enim ius Romanum vni tantum Reipublica positum sit, æquius tamen eo aliud haud inuenias. Vnde Tullius optimum Reipublica statum descripsit, Romanorum pulcherrimum proposuit, Macrobi. 1. in Som. Scip. c. 1. & grauius Tacitus Leges XII Tab. finem æqui iuris dixit, Tacit. in Histor.

### QVÆST. II.

Et vero Rempublicam Socratis aut Mori à a) saniori doctrina hac adeo exorbitare censemus, vt si quæ ii pleraque æqualitatis præcepta tradunt, vsui applices, ima supremis sis mixturus, hoc est Rempublicam omnem euersurus. b)

a) Plato enim & Xenophon vsui paulo viciniores fuere. Ego credam Socratem (aut eius nomine Platonem) ac Morum, qui viri fuere, illa exercitii & ostentandi ingenii causa conscripsisse, vid. Bodin. lib. 2. de Repub. c. 1. b) Vt pote in quibus multa iniustitia parum congrua & ordini politico violenter aduersa.

### QVÆST. III.

Respublica vero à re, hoc est, imperio publico dicta a) nemine vti par erat definita est, & ne à Bodino quidem, qui solertior hac in repletisque, eam definit Familiarum, rerumque inter ipsas communium summa potestate ac ratione multitudinem moderatam. b)

a) Rei quidè significatio varia est, Arunt. Cels. 1. 5. orig. 6. 25. sit. Inst. de ver. diuis. & de reb. corp. & incorp. text. & Dd. in l. res de V. S. Sed imperiū designat apposite. Hinc istud: Imperiū lictè, Venerè cur vnà notat Res. b) l. de Repul. c. 1. secus Aristotel. lib.

- a) Cum statu non prorsus dissimiles fuerint, & utriusque via virtutis contenderint ad eximiam gloriam summa. b) Comparationem enim hanc, quod ad Romanos attinet, accipimus de tempore quo vixerunt sine Rege aut Principe. c) Licet Rex eorum etiam, non nisi in bello summam exercuerit potestatem. d) Quare vel maxime Romani praestitisse creduntur Spartanis, uti & studio omnis iuris & equi.

XXXVIII. Carthaginenses denique Romanis etiam similem statum Popularem habuere, virtute quoque parum imparem: a) sed institutis, uti & heroum copia longe infra eisdem fuere. b

- a) Licet enim gesta eorum quam minimum celebrata sint Romanis, ipsique clarorum scriptorum copia fuerint destituti, compluribus tamen argumentis conuinci praecleara eorum virtus potest. b) Romanis enim exercitibus ab Hannibale fractis nunquam eis fortissimi ductores defuere. Fracto in Africa semel Carthaginensium Imperatore eodem, subacta penitus vniuersa res horum est.

XXIX. Ad Parthos quantum attinet, hi statu regio constiterunt, ideoque Romanis non nisi inuidia virtute fuere comparandi, nisi & imperii latitudinem addas.

- Neque enim Parthi Romanis virtute inferiores fuere, quin & diuersos eorum exercitus fregere. Quantum vero ad imperii magnitudinem attinet, comparati quidem fuere illis, nescio tamen an satis recte. Cum id omnino constet Romanos & plures & florentiores multo populos subegisse. Inuidia igitur Parthorum virtus potissimum affecit ut compararentur Romanis. vide Plutarch. in Crasso & Antonio.

XXX. Macedones fortasse Parthis rectius compararentur, nisi quod illi his ambitione & cupiditate gloriae longo ordine ante fuere. a) Massiliensibus vero vetustis, Venetos aui nostri in multis comparare daretur. b

- a) Sed & repentino fulgore victoriarum; idque sub Alexandro potissimum, Licet enim Parthi quoque ex improviso emerferint, non tamen ea claritate & fastigium imperii progressi, quae Macedones fuere. b) Quod multis nominibus commendata Veteribus ciuitas Massiliensium sit, uti & hodie Veneti multis nominibus commendantur. Quin & statu in multis conuenire videntur, licet comparatio aequum fieri absoluta nequeat, quia Massiliensium status minus plene est ad nos delatus.

XXXI. Helueticos nostros A Etolis antiquis, Belgas Achazis, utcumque comparare licebit. Idque non tantum ob statum partim popularium, partim optimatum similitudinem, verum etiam ob fœderum vniuersalium, quae ciuitates seu Respublica omnes ea inter se vel fouent, vel fouerunt similitudinem conuenientem.

XXXII. Quin & Venetos fortasse Laconibus commodius quam Romanos comparare datur, licet dux Venetus à Rege Spartano differret plurimum.

- Licet enim Rex Spartanus domi & paulo plus iuris habuerit quam Venetorum Dux, ferit tamen in bello iure plerorumque regum & sui videtur Aristot. in Polit. Quod Duci Veneto permixtum non est. Contarent.

XXXIII. Denique & Romani sub Principibus constitutam statui Hispanorum hodie in multis conferre dabitur, licet differant interim in multis.

- Romanis enim domi Principatus irat, uti & hodie Hispanis, in exteris vero provinciis utriusque domnatus exercitus est, Romani tamen domnatus suo paulo liberalius & si videntur, eo quod complures urbes, imo regiones, & provincias vniuersa privilegii iuris Italici, libertatis, immunitatis, & similibus donarint, quae Hispani paucis largiri gentibus deuisis videntur. Sed & Hispani in nullam Prouinciā, ut supra iam notauimus, dominatum, sed tantum principatum habent.

Finis coronat opus

